

Jai: Gordii



Præconuhiatio adveresus indanum Dogma Christiani
Franeker

1584. Cracoviae

1018.
4

XXX. E. 167

IACOBI GORSCII

PRÆMVNITIO

541

ADVERSVS INSANVM DOGMA

Christiani Francken, Deum vnum in substantia,
trinum in Personis blasphemantem. et
Christum mediatorem Dei pa-
tris & hominum ex-
plodentem.

CVM PRÆFATIONE

*Ad Reuerendiss. D. Andream Patricium Nidecki,
Episcopum Vendeñ. nominatum.*



GRACOVIAE

Anno Domini: D. M. LXXXIII.



1447 I

REVERENDISSIMO DOMINO
ANDREAE PATRICIO NIDECKI
Episcopo Venden. nominaro.

JACOBVS GORSCIVS SALVTEM.



GO verò Reuerendiss. D. non modò tibi viro optimo , doctissimo, & rei Ecclesiasticæ amantissimo honorem hunc Pontificium , verùmetiam nostris communibus litteris , quas in te honoratas video, plurimum gratulor. habes virtutis tuæ, eruditio- nis singularis tuæ, pietatisque tuæ præmium, non à quo- ùis, sed à sapientissimo, eruditorum amantissimo, & pi- entissimo Rege Stephano in te profectum ; quod vel i- pso sacerdotio, quo auctus es, maius esse videatur : nam quid amplius tibi accidere potuit, quàm ab eo Rege, in quo natura ipsa optimi & ónibus numeris absoluti Regis formam expresserit , & testimonio de te, & sacerdo- tio amplissimo ornari , & plane te reluctantem ad hoc tātum munus recipiendum cogi? Hoc enim in Ecclesia optimorū Pontificum argumētum fuit, si & optimorum iudicio , & magnitudinem grauitatemq. honoris recu- santeis legerentur , absidiique inuiti imponerentur. Vi- deo & te munus hoc tibi delatum recusasse, & sapientis- sum Regem te vrgere, vt gubernacula Ecclesiæ eius, quam tuis scriptis informasti , & in qua struenda, Salo- monem

monem egisti, reciperes, eaque dexteritate, qua eam
struxeris, gubernares non cessasse. Habes igitur Reue-
rendiss. D. virtutis, eruditionis, pietatis, religionis def-
fensæ præmium. Habes eum, quem alii hiantes appre-
tunt, vel inuitus, honorem sacerdotii. Habet litteræ quo
respiciant, quo exemplo suam solitudinem solentur. Vi-
uat sapientissimus Rex noster Stephanus. Viuat clarissi-
mus princeps noster Ioannes Zamoscius, litterarum &
eruditionis sinceræ, patroni: ijs rerum potentibus, nun-
quam desperare, nec à rebus agendis amoueri litteræ
poterint. Olim hoc erat, olim, cum miseræ neglige-
rentur: cum in aula locus illis nullus relinqueretur, alia-
rumq. artium homines regnarent; quibus inde emotis,
viris eruditis locus, & in Ecclesia, & in tota ratione Rei-
pub. tuendæ, præcipiuus datur. nimirum ad Regis ipsius,
principis in omni genere eruditionis atque litterarum
absoluti, exemplum & autoritatem, tota componitur
Respub. qui nihil se Regno tatum debere iudicat, quam
si partes eius omnes litteratissimis hominibus, commu-
niat. Hinc est, ut Zamoscius videatur multis, haud scio
quam recte de rebus iudicantibus, solus regnare. Hinc
est, ut aliis ampla sacerdotia, frustra ambientibus, Pa-
triciis, Solicoviis, Rosraveviis, & Baranoviis, vltrò, ne
dicam recusantibus defferantur, scilicet, modestia, in-
dustria, pietas, & eruditio ab optimo Rege honoratur.
Est igitur Reuerendiss. D. quod & tibi gratulemur, &
nos, nostraque studia obscura quidem illa, sed sedula tal-

men

men consolemur. Est quod & optimo principi nostro,
& Deo gratias agamus. Est quod meliorem statum Ecclesiae expectemus. Magna pars victoriæ ducis prudenteria, maxima salus erudita pietas Episcoporum. ac ne mea
hæc apud te gratulatio nuda & intra verba solum consistere videatur, ad eam Ecclesiam tuam, quam auro e-
ruditionis tuæ extruxeris, gemmisque eloquentiæ tuæ
ornaueris; quámque structuram tuam summus Ponti-
fex Gregorius xiii. breuibus quidem sed autoritate ple-
nis litteris ad te datis, vt rarum opus, probauit: tuamque
hanc piam solitudinē Ecclesiae Christi utilem esse te-
status. Ad hanc, inquam, tuam auream structuram pilos
caprarum affero, qui vel pedibus tuis subiiciantur: nec
dubito animum meum erga te gratū tibi fore, munusq.
leuidense, & pilo caprino contextum, te pro tua pietate,
curaque religionis tibi tradita liberaliter à me rece-
pturū. Cuius muneris mei ratio ea est. Christianus qui-
dam cognomento Francken, natione Germanus, pie-
tatis illa schola, quæ Iesu societatis dicitur, deserta, om-
nibus religionibus & sectis damnatis, nouam ipse fidem
finxit, cum qua cùm toto orbe scopis profligaretur, in
nostro hoc Regno vt libertatis arce cōfedit, Iudum im-
pietatis, in oppido quodam Chmielnik appellatum, ape-
ruit: iuuentutem corrumpit, ac omni impietatis genere
inficit. cuius doctrinæ quæ sint capita, tabula quam mit-
to, demonstrabit. Quam quidem tabulam, siue hanc an-
te iustum prelum velitationem nostram, propterea ad

te mitto; vt habeas, vnde istius vulpeculas cognoscas, in
tuamque vineam, quam plantandam suscepis non ad-
mittas. Adiunxi ei tabulæ præmunitionem ad lectorem,
vnde cognoscat, quæ sint incremēta impietatis, & quor-
sum iam deuentum sit, nihilque iam restare videat, nisi
vt insipiens dicat: Non est Deus. Huic igitur tabulæ no-
stræ te patronum esse volui: libro ipsi, quem in Germa-
niam typis imprimendum misi, Serenissimus Rex cui e-
um dicaui patrocinabitur. Omnia fausta & sacerdotii
amplissimi felicem gubernationem T. R. P. opto. Da-
tum Crac. 18. Augusti. Anno Domini 1584.

IACOBVS

Iacobus Gorski Lectori.



Didit quidam homo vagus, & ex omnibus Europæ regionibus electus, nomine CHRISTIANUS FRANCKEN, Cracoviæ, in tremendam & venenandam Trinitatem, librum blasphemum, in quo tota fidei Christianæ ratio euertitur, Christus mediator abnegatur, & alia non ferenda Christifidelibus dicuntur; cui libro quidem copiosius respondimus, calumnias fidei, & blasphemias in Deum doctrinas refutauimus. quæ refutatio nostra, quoniam longior est, nec posset absq; magna mea impensa hic imprimi, in Germaniam Typis excudendam eam misi: quem librū, quoniam non tam citò vt vellemus, & vt res ipsa postulat, ad nos redditum vidimus, Summam totius eius controversie & doctrinæ istius Francken horrendæ, capitibus distinctam in tabulam coniecumus; ut te sceleris & impietatis peregrini istius & perfugæ moneremus, ne specie pictatis & commëdatione eruditioñis suæ tibi imponat, & nullam fraudem sufficantem te decipiat; tegitur enim hic lupus veste ouis; à quo vt caueas moneo. cauebis autem, cum capita quæ in tabula hac ponuntur blasphemæ eius cognoueris, vula ntemq; audieris. Vale, & à lupi istius noui pernicioſa doctrina caue.

EPIGRAMMA

Pro Reuerendi & disertissimi viri Iacobi
Gorscii Apologia.

Eloquio, sacrisq; potens Orichouius armis,
Abripuit collum, Stancare vane, tuum.
Tullius en alter, facundo Gorscius ore
Apparat exitium, perfide Francke, tibi.
Stancarus Arctois profugus confederat oris :
Hac quoq; Franck tandem constitit exul humo.
Ille sacrum Ausoniis numen detruserat aris :
Abdicat hic regno, vi spoliaq; sua.
Læserat ille pias in honesto vulnere mentes :
Subsecat hic summo, brachia bina, Deo.
Ambo pares animis, par impar ludere sueti,
Effem ab ambobus parta Chimæri fuit.
Sic iecur amborum, fœcundaq; visceri pœnis
Vultur, ecu Tytion, rostro inhiantem premet.
Grandius obiq; scelus, Scyllas tibi Francke bifomes,
Sæpe sub aspectum Rex Acherontis aget.
Felices igitur qui has sternunt ore Chimæras :
Immota his ducibus statq; manet q; fides.

Andr: Eumorph:
Glogouien.

IACOBI GORSCII

Præmunitio,

*Cum explicatione incrementorum im-
pietatis Hæreticorum.*



VLTA QVIDEM CHRISTVS IESVS
signa & argumēta redditus sui ad nos, ma-
gniique illius diei, quo viuos & mortuos
iudicaturum se promisit, nobis demon-
strauit; sed certissimum signum eius rei
fuerit, fidei, quam nos docuit, defectio.

Tum enim ille veniet, tum mundi iudicium instituet,
cūm fidem suam extinctam, & veritatem suam figmen-
tis hominum impiorum commutatam, talentaque illa,
quæ seruis suis commiserit, deffossa, mendaciorumque
cœno immersa viderit: quæ vt repetat, veniet. Putatis
inquit ille, filium hominis, cūm venerit mundum iudica-
turū, fidem inuenturum? Finis igitur fidei, finis est mun-
di. Extincta luce fidei, quæ nos Deo commendat, quæ
mundum vniuersum vegetat, nihil est deinceps quod à
nobis expectet. Et propterea non amplius mundum in
eo quem cernimus statu permanere patietur, quem pie-
tatis, quem gloriæ Dei patris, & fidei suæ domiciliū, siue
templū, non aulam scelerum, atq. impietatis arcem esse
voluit. Pulta pietate, veróque cultu Dei, è templo Salo-

B

monis,

monis , corrupta religione vera, templum ipsum, ut spe-
lunca latronum euersum est. Templum Dei nos sumus,
sed haec tenus, donec ille in nobis maneat: manet autem,
dum & corde credimus, & ore, quod credimus, profite-
mur; ac non solum ore confitemur, sed re ipsa & operi-
bus pietatis comprobamus. Neque enim illi templum
Dei dicendi sunt, esse , qui, quod verbis simulant, factis
ipsis abnegant. Fide igitur vera , quæ corde creditur,
quam os personat, quam facta, & opera, pietati apta cō-
probant , manente, Dei templum sumus : quod in inte-
grum maneat, necesse est. Pulsa inde fide, non amplius
templum Dei stabit: totum quidquid erit , spelunca la-
tronum, scelerum, ac mendacii sentina erit. Quod cùm
acciderit, Christus sui violati templi fideique & verita-
tis suæ vel expulsæ, vel tenebris mendacii immersæ, vin-
dex veniet ; iudiciumque illud horrendum, in quo lucra
talenti comissi à singulis repetet , instituet ; ac mundo
finem imponet ; totamque structuram eius ita dissoluet,
ut lapis super lapidem non maneat : nec patietur in hæ-
reditate sua diabolum & nostrū & suum hostem , se tam
impudenter iactare, ut iam iactat, qui iam fidem eius,
per eos qui ab Ecclesia Catholica recedunt, qui Chri-
stiano nomine illo, quod nouum propheta fore pollici-
tus erat, scilicet, ut à Christo Christiani, ut Antiochiæ fa-
ctum appellaremur, repudiato, alia sibi nomina fingunt;
ac unitatem Ecclesiæ, quæ custos fidei Christi, & mini-
stra fidelis est, dirumpunt ; & fide iactanda, fidem ex a-
nimis

nimis hominum extirpant, extinguit. Cùm enim fidei hostis sathan, nec per Iudæorum nequitiā, nec per Gentilium acerbitatem eam extinguere quisset, immò, quāto magis eo modo insaniret, tanto eam firmiorem esse, per totumque diffundi mundum, magis ac magis vigerere cerneret; aliam viam ingressus, alios milites contra Christum, non extra, vt antè, Ecclesiam, non alienos, sed in ipsa Ecclesia domesticos et vernas ipsius fidei que-
sivit, qui foras egressi & perfugæ facti specie pietatis, & nomine Christi, armati, Christum ipsum oppugnarent: ac fidem simulando, fidem ipsam euerterent. horū Centuriones olim Cærinthi, Ebiones, Valentini, Cerdones, deinde Manichæi, Ariani, & alii infiniti fuerunt: quibus omnibus profligatis, cùm Ecclesia floreret, cùm pax, cùm omnia tranquilla essent, cùm pietas vigeret, glori-
aque Dei totum orbem personaret, Christusque omnia in omnibus esset; Ecce sathan ille profligatus, & in carcerem coniectus, è vinculis suis, vt canis furens elapsus; in mundum emissus, noua ciet bella, nouos duces conquirit; & eum exercitum qui Christi esset, vanæ fiduciæ iactatione deprauat, vtque perfugas illos suos à Christiano milite secerneret; non Christianos, sed Euangeli-
cos vocari mandat, atque Ecclesiam Christi, castraque Dei Sabbaoth, scindit, & ita quod erat veri Salomonis Christi regnum consentiens & florens inuadit & vastat: Absolonem aduersus Dauid patrem armat, & Salomo-
ni Hyeroboam opponit: qui ne sui perfugæ, & veri Re-

gis Christi desertores religionis veteris & veræ , desiderio , errore suo damnato, in castra vnde educti erant redirent ; nouam religionis speciem instituit ; noui Euangelii, nouos boues, quos perdit homines colerent, conflat & proponit ; hancque veram doctrinam Christi Iesu esse mentitur , cuius militiæ suæ aduersus Christum Iesum, Martinum Lutherum Magistrum facit : qui vt tuba cecinit, vt se ducem esse eius doctrinæ nouæ denunciavit ; non modò singulos homines , sed etiam vrbes, prouinciasque integras exciuit, & aduersus eam , quam semper deffendissent religionem, & veritatem , mendaciis suis armavit. Hoc igitur duce , impia illa turba in Ecclesiam Catholicam primum inuasit , eamque obsidere & oppugnare aggressa, culmina eius deiicere, turresque deturbare coepit : indulgentias primum impugnauit : cærimonias plerasque damnauit : sanctos patrocinio, virgines perpetua castitate priuauit : sacerdotes maritauit : monachos religione soluit : & alia multa decora Ecclesiæ sustulit, fundamento tamen immoto, & integro relicto. Quod dum iste agit , exoriuntur statim alii, quos præliorum eius pœniteret: maiora moliuntur: non solùm tecta, culminaque Ecclesiæ detrahunt, parietes etiam ipsos, ac columnas, quibus niteretur, totum illud Christi ædificium, demoliuntur : Sacramentum Eucharistiæ, quod pignus amoris charitatisque mutuæ, & mortis suæ Christus nobis reliquit, ab Ecclesia exturbat: panem & vinum merum tantum suis apponunt : veritatem

tem Christi corporis & sanguinis sub speciebus illis ele-
mentorum subsistere negant ; ac ita se à corpore Christi
amputat. Cuius sceleris Zuinglium & Caluinum duces,
& autores fuisse, nemo est qui ignoret : qui etiam ipsum
ducem, sui sceleris & principem Hærefeson suis aggressi
armis, coegerunt in suam sententiam iurare , & tantum
in vnu Eucharistiæ sacramentum esse, idque sola fide su-
mentum effici: extra usum, nullam vim eius esse, nudum
panem vinumque esse, & ob id etiam, quod sumentibus
supererisset, canibus proiici licere persuaserunt. Nec con-
tentus Sathan tanta istorum impietate , maiora moliri
coepit : iam non parietibus modo Ecclesiæ machinas i-
gnesque iniecit, verùmenimvero fundamentum ipsum
cui totum ædificium niteretur, manus admouere consti-
tuit, moxque baptismum , quæ porta est prima salutis
nostræ , per eos qui Anabaptistæ dicuntur, impugnare
coepit : quem et si totū simul euertere se non posse vide-
ret, partem eius demolitur : recens natos baptisari pro-
hibet: eo modo baptisatos, rebaptisari suadet, & alia di-
ctu nefanda in hoc sacramenti genere confingit , atque
fontem illum Christi purum , in quo sordes nostras ille
mundari voluit, forde impietatis suæ , & mendaciorum,
infecit. Prætereo aliorum alia aduersus ecclesiam moli-
mina, quæ infinita sunt: non uno enim modo Sathan ec-
clesiam Christi oppugnat , fidemque eius, quæ est iusti-
tia nostra extinguere conatur. Quod ut aliquando con-
ficiat, non simul fæces suas illas effundit, sed sensim alia.

aliis instillat. Conuulsa igitur salutis nostræ prima porta baptismi, tentata fide, & bonis piisque operibus nuda-
ta, fundamentum vitæ nostræ, quod est Christus Iesus, pro-
spectat; quem quomodo aggrediatur, dum cogitat, Ari-
um suum consulit, ab eo milites petit, qui Christum, & si
Deum filiumque Dei non negarent, creatum tamen, id-
que ex nihilo Deum esse mentiantur, & propterea im-
parem patri, nec natura sed voluntate patris, & Deum &
filium esse; qui & si trinitatem personarum non impu-
gnent, substantiam tamen, eandem esse, earum persona-
rum pernegerint. Seiungunt igitur filium à patre, ut crea-
turam à creatore: seiungunt spiritum sanctum ab utroq.
Hoc igitur modo fundamentum in quo tota structura
ecclesiæ locata sit, demoliri cœpit, maiora mox ausurus,
totumque fundamentum hoc exterminaturus, Christum-
que non modo Deum non esse, sed neque mediatorem
inter nos & Deum esse mentiturus; trinitatemque tre-
mendam figmentum idololatrarum, & idolon horren-
dum, fontemque omnium turbarum in religione asser-
turus, utque concordia locus in religione relinquatur,
totum hoc figmentum tollendum esse, clamaturus; ut ita
penitus, euerso illo fundamento, Apostolorū, & Prophe-
tarum, super quod alij aurum, alij argentum, alij paleam,
lutum alij exædificarent, totius religionis & fidei nostræ
memoria aboleatur, nullaq. spes salutis nobis relinqua-
tur. Quò enim nos vertemus? Vnde auxilia præsidiaque
aduersus hostes nostros petemus? Quæ spes vitæ & iu-
stitiæ

stitione nostræ fuerit, Christo Iesu saluatore & Domino
nistro abnegato? Quis nos Deo patri reconciliabit?
quis pro nobis interpellabit? si ille medius inter nos &
patrem esse desierit: non iam amplius Ioannes nobis pec-
cantibus præsidia indicare poterit, quæ solebat his ver-
bis nobis inculcare: Scribo, ne peccetis, sed si peccaue-
rimus, habemus adūcatum apud patrem, Christum Ie-
sum, qui, ut Paulus testatur, pro nobis interpellat. Fru-
stra igitur credidimus, inanis spes nostra, si Christus nō
solùm non resurrexit, sed neque est pro nobis mortuus,
ut qui non sit mediator noster: frustra Paulus gloriatur
posuisse se fundamentum præter quod aliud nemo po-
nere potest, Christum Iesum: inanis illa est consola-
tio, quæ aures nostras circumsonat: Iam non estis ho-
spites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici
Dei superædificati super fundamentum Apostolorum, &
Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.
Ludit nos Paulus cùm ait: Iustificatos per fidē in Chri-
stum Iesum nos pacem habere ad Deum: falsum erit il-
lud, ad Timotheum, Mediatorem vnū esse Dei & homi-
num, hominem Christum Iesum: tota spes nostra, abne-
gato Christo, & mediatoris officio expoliato inanis e-
rit: totum Christi ædificium, cuius fundamenta prophe-
tæ posuerunt, Apostoli roborarunt, patres extruxerunt,
hoc vno lapide summo & angulari amoto, concidet: qua
arce euersa, sathanæ regnum resurget, in quo se ille ma-
iore cum fiducia & audacia iactaret, quam vñquā iacta-
uerit

uerit: Christus Iesus est, qui eum vicit, qui chyrographū eius suo sanguine deleuit, qui eius omnes potestates in se ipso triumphauit, qui captiuā captiuitatem in coelos scandens abduxit: hoc duce & victore repudiato, & ab officio hoc amoto, nihil est quod Sathan metuat, nihil est quod eum ne totū mundum statim suo furori subijciat, retardabit. solus Christus Iesus eius istius furoris, & tyrannici dominatus obstaculum est, cuius ille quoniam perturbata ecclesia catholica, & in sectas disjecta variis & infinitis hæreticorum legionibus vastatam, regnum debilitatum, viresque eius imminutas, putet; totum euertere, memoriamque eius abolere se posse certò sibi persuadet. Quod dum ille animo coquit, dum ad eam victoriam præsidia querit, & in omnes partes, animum versat; Ecce Christianus quidam Francken vagus ad eum accurrit, sibi hanc prouinciam depositit, non tantum soli Christo, aut spiritui sancto, sed toti trinitati bellum denunciat; seque effecturū iactat, né deinceps trinitatis idolon in ecclesia consistere queat: ne Deus pater, ne filius eius, ne spiritus sanctus nominetur amplius, & alia multa, quæ in eo libello, quem nuper Cracoviæ edendū scelerati Calcographi, & hominis impii opera curarit, impudenter se certò effecturum, Christoque imperium abrogaturum denunciat, satis impiè iactat. quā iactantiam & scelus istius perfugæ Sathan, etsi probaret vehementerque ita proiectum hominem ad tantum scelus audendum sibi vltro oblatum gauderet, ne quo tamen

men casu sibi in aliis regionibus, ubi certa ratio credendi, legibus constituta, & circumscripta sit, antequā quod iactaret perfidere posset, periret, in hoc regnū eum concedere iussit, vt ex hac arce libertatis nostræ, mundum ipsum armis suis aggrediatur, opesq. suas hic cōfirmet, militem nobilē scribat; atque non argumentis, non scriptura, sed potiū armis ab omni iniuria, etiam magistratus legitimoq; imperio eū tueatur, ac libertatē vt clypeum pro eo opponat, & confœderationes in aciē producat. Hanc igitur sedem, faciendi belli, Christique euentendi sibi Francken elegit: hīc acies suas armat: hīc militem euocat: hīc ludos impietatis & blasphemiae aperit: inuenit qui non solū eum recipiant, sed etiam qui vel sanguine fuso deffendant. Et hæc est illa nostra nunquam satis laudata libertas, quæ non modò Deum non metuat, sed quæ etiam eum cum Senacherib blasphemet. Sed ad Francken, qui suscepta prouincia belli gerendi, eam rationē se ingressurum denunciauit, quam adhuc nemo ingressus est, culmina, illos, turriculasque, quibus ecclesia adornata esset oppugnasse, & deturbasse ait, se non in iis ludicris, & quæ ruinam totius ecclesiæ sequerentur oppugnandis moraturum; sed ipso fundamento religionis catholicæ machinas admoturum; quo vno vel sublato, vel commoto, totum ædificium, omnes columnæ, omnes turres, tecta, parietes, statim ruerent. Igitur non modò Christum, non modò Spiritum sanctum, vt cæteri, aggreditur, verūmetiam ipsum

C

Deum

Deum patrem in ius vocat, quod ille, cum nihil generet,
patrem se dici patiatur: quod nomen ut & totius trinita-
tis idololatrarum arte confitum esse ait, trinitatemque di-
scordiarum in religione condemnat, exterminariq; ea iu-
bet, ita & alia nefanda molitur, quibus hoc nostro scripto
respondemus, ac ut vana & impia daminamus, & con-
tra legiones mendaciorum sathanæ, cohortem veritatis
Christi producimus; ne fidei Christi Iesu, & officio no-
stro deesse videamur, ac in illo tremendo iudicio, ad
quod instituendum, dum fides extincta fuerit, victor no-
ster Christus Iesus in maiestate sua venturus est, condé-
nemur. Quo in loco te monitum esse volo lector pie, ut
cogites astutiam sathanæ eiusque artes, in euertenda fi-
de Christi, expendas diligentius. Vide ut sensim progre-
ditur, culmina primùm religioni detrahit, indulgentias
damnat, aquam benedictam ridet; ubi cum constitisset,
maiora audet, sacramenta nostræ salutis foederisq. per-
petui à Christo instituta pignora, vel turbat, vel prorsus
damnat: qua in re dum aut illum probamus, aut illi nō
resistimus, maiora audet, Christum filium Dei à patre se-
iungit: spiritum sanctum damnat: ad patrem solum om-
nem potestatem transfert, filio tamen spirituique sancto
aliquas partes attribuit; ut ne videatur patrem omnino
ministris potentiae suæ exscoliare, receptamque fidem,
& vsu firmatam prorsus euertere: ubi cum se gradum fir-
massa videat, filiumque & spiritum sanctum, sua potesta-
te priuatos à se iudicat, patrem ipsum mox aggreditur,
non

non patrem sed ens primum vocari eum præcipit, mendacij eum arguit, quod dicat se filium habere, cum Deus nec generet, nec generetur, decreto philosophorum: atque cum hac doctrina, ad nos dilectissimum suum, in quo sibi complaceat, misit Francken, qui nobis haec suadeat, qui promittat se effecturū, vt trinitatis nomē aboleatur: hoc verò est, vt religio & cultus Dei, vnius in substantia, trini in personis, prorsus aboleatur, & adi dola illa vetera Deorum mortuorum redeatur. Hic est scopus doctrinæ & euangelij Francken: hic finis doctrinæ Lutheri, qui ad tam impietatem primus fenestram aperuit, per quam tota impietas infusa in ecclesiā omnia demolitur, ac fundamenta etiam ipsa, quæ Lutherus tuebatur, in quibus se solū aulā Christi ædificare clamabat, euertit & exterminat. Falsò Lutherus credebat, non progressuros alios vltra eum terminum, quem ipse audaciæ suæ posuisset. Non constiterūt alij eo in gradu, altiora aggressi, conculcatis cærimoniiis, eiectis sacramentis, sanctisque oppugnatis, in Christum Iesum & spiritum sanctum inuaserunt: autoritatem & ortum eorū excusserunt: postremò Francken ipse, Deum etiam patrem, cum sua trinitate personarū conspuit, idolon horrendum esse pronunciauit, ac nihil credendum nobis reliquit: ad Iouem, Mineruam, & cætera idola religionem transtulit. Credo Luthere te non cogitasse, quām temeraria, quām audax, & quām furens sit impietas, quæ semper incrementa quærit, altaque semper petit, planè tibi
euenit

euenit, quod euenire solet iis, qui parentes violant: invasisti in patrem tuum Summum Pontificem: conspuisti faciem eius: verenda eius nudasti: à quo maledictus, vt Chanaan digna supplicia à tua prole tulisti. cōspuerunt illi tuam doctrinā, eōq. progresi, vt quē tu solūm Christum iactares, abnegarent: non modò diuinitate, sed ipso etiam officio mediationis, ad quod solūm nos relegabas, vnde sanctos reiiciebas, eum nudarunt: & quidē in te ita deseuierūt, vt nō solūm quibus tu contumeliis patrem tuum affeceris te vlciscerentur, verūmenimverò maioribus cōuiciis & suppliciis te cruciarunt, in eo, vbi tu tuo patre torquendo confistere solebas, non consistentes limine, frustra te clamante, cum illo Aristoteli-co patre, qui filium à quo capillis traheretur hortatur, vt se dimitteret ad limen attractum, vbi ille suum patrem in simili scelere dimittere soleret, à quo ille audit se liberaliorem eò hīc fore, & vltra etiam progressurum: non consistit enim impietas in primo limine: omnes metas transgreditur, & tanquam furens obuia quæque sternit.

~~X~~ Aperuisti ostium, ac immisisti in ecclesiam flammarum impietatis, quæ non solūm ea, quæ tu incensa esse velis, sed & te ipsum exusit, doctrinas tuas aboleuit, fundamenta tua euertit. HABES TE DIGNAM PROLEM, Christianū Francken, qui in tuis cunis lactatus, quo furoris progressiatur, ex hac quam subiicio tabula cognosces: nec dubito quin iam non cum Statio illo, vt est apud Ciceronem exclames: pro Deum popularium omnium adole-

scen-

scentium, clamo, postulo, obsecro, oro, ploro, atque im-
ploro fidem, non leuissima de re, vt quæritur ille fieri in
ciuitate facinora capitalia, ab amico amante argentum
accipere mererix non vult: aut cum Cicerone ipso de
religione sua & nat: Deorum differente: Adsint, cognos-
cant, animaduertant, quid de religione, pietate, sancti-
tate, cærimonii, fide, iureiurendo, quid de templis, de-
lubris, sacrificiis solennibus; sed potius nobiscum, quid
de religione Christi, quid de fide, quam iactasti ynam,
quid de Christo Iesu seruatore nostro, spiritu sancto ma-
gistro nostro, quid de fonte omnium bonorum, & toti-
us diuinitatis, Deo patre impius iste scribat, quām impie
Deum blasphemet: clamabis equidem scelus hoc Chri-
stiano homini, & euangelij nomen iactanti, non ferren-
dum, ignibus tantam blasphemiam expiandam, in crucē
scelus hoc abripiendū. Est equidem cur ita & tu & nos
clamemus, cur ignes tantæ abolendæ blasphemiaræ accé-
damus, nisi velimus nos omni religione & fide vacuos, &
perinde vt iste nequā est in Deū blasphemos esse demō-
strare: nō minus impietatis reus est, qui blasphemiarā non
cohercet, quām qui blasphemat: utriusque scelus est,
& grauius quidem, non vindicantis; ille enim
impunitate animatur, qui supplicium spe-

ctans auderet facinus nunquam.

Sed iam tabulam doctrinæ
Francken aspice.

8.

T A B V L A
DOCTRINAE BLASPHEMAE
CHRISTIANI FRANCKEN.

In præfatione.

1. Religionem Christianam esse inconstantissimā, omnium quæ sunt, fuerunt, & fortè erunt, religionum.
2. Cærimonias nullam habere certitudinem, nisi stultam crudelitatem.
3. Nullam religionem inter Christianos inueniri errore & superstitione vacuam.
4. In orbe christiano tantam seruitutem, quantam nullus vñquam immanissimus tyrannus optare ausus fuerit, esse.
5. Frustra Christianos libertatem suam quam Christus peperit, iactare, leuioremque ethnicam seruitutē, quam libertatem Christianam esse.
6. Ethnicorum seruitutem in corpora, Christianā in animos seuire, & propterea libertatem Christianam crudeliorem esse seruitute ethnica.
7. Inter Christianos seruos dominari, dominos seruire.
8. Ser-

8. Seruos natura stupidos, indoctos, etiamsi sint nobiles, potentes, fortunati, diuites, & viribus præualentes, esse.
9. Solos ingeniosos, & doctos, liberos natura esse, qui nunc & in Papatu, & aliis religionibus & sectis, miserrima seruitute premuntur.
10. Non permettere credere, & suam fidem profiteri, ut quisque vult, esse acerbam & monstrosum & plusquam barbaram seruitutem.
11. Quorum omnium malorum fontem esse consentiens inter omnes religionis dogma de trinitate, è quo ut monstrum, monstrorum religiones nascantur.
12. Monstrosos partus trinitatis, monstruosissima seruitute nutrice vti.

In libro ipso.

1. Omnim religionum quæ sunt, fuerunt, & fortè erunt, inconstantissimam esse religionem christianam.
2. Religionem christianam in tot sectas dissectā, quod enumerari vix queant.
3. Quarum sectarum maximam quamque, in maximo errore tuendo constantissimam esse asserit.
4. Quali

4. Quali ingenio quisque esset, talem eum religionem sibi fingere, & ad eum sensum qui suis moribus cōsentiat, litteras sacras torquere.
5. Quenque moribus suis finem bonorum & malorum aptum fingere.
6. Trinitatis dogma ab iis profectum, qui multitudini Deorum colendorum assueti erant.
7. Quamvis plurimis testimoṇiis scripturæ sacræ trinitatis ratio demonstretur, tamen id totum reiiciendum esse, propterea quod testimonia illa scripturarum improbè detorqueantur ad eum sensum.
8. Antistites christiani idolis colendis, olim assueti operam dedisse, ut superstitionem suam illam quasi natuam, autoritate sacræ scripture confirmarēt, atque ut veste eleganti ornarent, & propterea varius sensus scripturæ finxisse, ut ita facilius figura sua tuerentur.
9. Authores dogmatis de trinitate dicto hoc Pauli: Animalis homo non percipit, quæ sunt spiritus Dei, stultitia illi est, nec potest intelligere, quia spiritu aliter diiudicantur; hominum mentes excœcassem, ne trinitatis idolon horrendum esse & figmentum videant.
10. Authores dogmatis de trinitate figmentum hoc suum, crudelitate nimia muniuisse. ii. Chri-

- ii. Christum rebus naturalibus, spiritualia metiri, & iudicare voluisse: hoc verò fuerit sensui & rationi nostræ fidem subiici, non sensus rationemque in obsequium Christi & fidei mancipare, contra quā Paulus doceat, docuisse.
12. Rationis & sensus iudicium christianos damnasse, & fidei totam religionem suam subiici voluisse, ne eorum error & fraus deprehendi posset.
13. Ingenia acuta, quæ lumine veritatis illustrata, idolon esse trinitatem viderent, tum pœnarum acerbitate, tum honorum præmiis tacere, fraudemque nō prodere, Antistites christianos adegitse.
14. Qui trinitatem in diuinis agnoscunt, trinitarios, & idololatras esse.
15. Trinitarios veritatis fulgorem & splendorem non ferre.
16. Filium Dei ἀογον, Deum genitum ab æterno, figuratum esse idololatrarum, quod figuratum, quoniam in luce veritatis positum deprehendatur, æternitatis tenebris immersum esse à callidis hominibus.
17. Deum esse ens primum perfectū, immutabile, à nullo pendens, per se sufficiens, Deum verò genitum, hoc est ἀογον filium Dei non esse ens primum & cetera, propterea non esse Deum. D

18. Deum nec generare, nec generari.
19. Eos qui trinitatis rationem Solis exemplo demon-
strent cum ratione insanire.
20. Mundum non esse genitum.
21. Quod est genitum principium habere. Si $\lambda\sigma\gamma\alpha\sigma$ est
genitus Deus, principium eum habere necesse, &
non esse ens primum, vnde sequatur Deum etiam
non esse.
22. Deum generando mutari, & diminutionem essen-
tiæ suæ pati, & propterea generationem diuinam
inanem esse, & figmentum hominum, cùm Deus
non mutetur.
23. Si filius Dei $\lambda\sigma\gamma\alpha\sigma$ Deus genitus, homo factus sit, ne-
cessariò sequitur immutatum esse, quod in Deum
cadere non potest, qui est immutabilis.
24. Deum vnum & essentia & hypostasi siue persona,
nō admittit enim pluralitatem personarum, sed vt
substantiam vnam, ita & hypostasim vnam in Deo
vult esse.
25. De trinitate personarum in vnitate substantiæ vanā
doctrinam esse.
26. Idololatras non contentos duabus personis diuinis,
tertiam addidisse spiritum sanctum.

27. De

sibi postulat, domosque orationum in suorum latroci-
niorum speluncas fallaci verbi Dei prædicatione con-
uertit. Sacrorum ministerium, vasa pretiosa vendicat si-
bi; vt vnde pio sacrificio placabatur in ecclesia Deus,
inde iam prophanis & iniquis & sacrilegis usibus ad
iracundiam prouocetur. Fallit promissis, de-
mentat mendaciis, inuoluit fraudibus, oc-
cultis vulneribus necat, nec ante se
multi sentiunt læsos, quam
propè mortis ictu
concederint.







